



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Interrogatiua locorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

An fiat relatio ad tale nomen.

Recte fieri relationē ad tale nomē testat Lanci. ut sio Ferrarię, q̄ pulchra est, Cice. ad Lentu. Te cū classe atq; exercitu proficisci Alexandriā, ut eā cum pace, p̄sidijsq; firmaris. Lentu. Cice. de Dolobella. Nulla alia confisus laodiceam quę est in syria, ad mare se cōtulit.

Interrogatiua locorum.

Quo ad quem locū. Vbi in quo loco. Vnde de quo loco. Qua per quē locū. Quorsum quē locū uersus. quousq; .i. q̄ longe & (ut pueri loquuntur) q̄ remote, sed pro dicēdis uideamus quid distent. hic, ille, iste, & is.

Hic, ille, iste, & is.

Hic (authore Valla, Philelpho quoq; in quadā epistola, & Calepino, reliquisq;) significat me aut meū, aut id quod ē ubi ego sum uel habito, aut de quo loquor. Iste significat te aut tuū, aut id quod est ubi habitas, uel de quo loqueris. Ille tertiu quiddā significat, sed exēplis res ē declarāda. Huic amico meo cum tuo isto familiari magna est cōtētio. Eodē modo, quū tu in p̄sentia sis Parryhijs, ego v̄o Ipris, rectissime ad te sic scripsero. Maturiorē sane futurū suspicor tuum in hanc urbē aduentū q̄ in istā meū. Cice. in Antoniū. Remoue paulisp̄ istos gladios, hoc est tuos. Idem in eundē. Tu istis faucibus, istis lateribus, hoc est tuis. idē alibi. Hoc tuū factū dixit, hoc de quo scilicet loquor. notaui hoc Lanci. Plau. Quis est quem uidemus uenientem p̄nosum ac squalidū, ille ne est noster Syrus. Plī. Hęc omīa ad uos ex illa prouincia cōportantur, illinc succi, illinc odores, illinc extremo orbe quęsitę luxurie, opes. Duobus modis confiruunt, de monstratiue & relatiue. Teren. uiden tu illū Thais: Sene. Et qui hoc facit, hic sane prudens appellandus est. Ante qui, quę, quod relatiua melius ponit is, q̄ hic, uel ille, p̄sertim in prosa. Lanci. id multis probat, & ante eū notauerat Valla qui dicit p̄ cōpositionē etiā fieri loquutionē, ueluti Quęcūq; mulier adultera, eadē uenefica est. Poete ille pro is sepe ponit. sic interim etiā ecclesiastici. Si de duabus rebus faciamus relationē, posterius positā per hic, & prius positā p̄ ille, referimus sic. Petrus & paulus docti sunt. hic pilę, ille alexę, hic subaudi Paulus, ille Petrus. Aliqñ iste significat relationē a re. plata Teren. ad hęc mala hoc mihi accidit etiā hęc Andria siue ista uxor, siue amica est, grauida e Pamphilo est. Si v̄o fiat a secunda dicit hic. Virgi. Et uitula tu dignus & hic & quisq; amores. Aut metuet dulces, aut experiet amarus. Aduerbia ex dictis p̄nominibus deriuata, idem differentię seruat, ut hic, huc, hac, hinc, ubi ego sum &c. istic